una parte earum semper visa: et ad aliam partem apparent et occidunt. Dico
etiam quod si quis hominum dicat quod motus stellarum que sunt in celo non est secundum
circularem figuram sed secundum aliam quamcumque sequitur quod non est earum longinquitas a terra
in diversis locis equalis. Sequitur ergo quod magnitudo stellarum et longinquitas earum
una ab alia diversificatur in omni revolutione qua volvuntur. Sunt enim aliquando
in loco sue longinque longinquitatis, et aliquando in loco longinque propinqui-
tatis. Illos autem non invenimus ita esse accidere. Stellam quam videmus evenire que
sunt propinque orizonti quando videntur maiores non accidit eis quia sunt nobis
propinquiores. Horum enim causa humidus fumus qui est circa terram inter stellam et
visum nostrum. Illud quoque est quod ostendit eas nobis magnas sicut videntur
res que sunt in aqua maiores corporibus extra aquam. Et quanto sunt pro-
fundiores tanto eas maiores videmus. Sunt etiam inclinare sensum ad hoc quod
motus celestium corporum est sphericus quia organum horarum non potest secundum aliam
figuram motus quod non sit sphericus. Rursus sensum inclinamus ad hoc quod dicimus
quod motus celestium corporum est velocior omnibus aliis motibus. Sed aptior
superficialium figurarum pluralitate motus est circulus et aptius corporum
figurarum inter hec est spera. Rursus quod est plurium angulorum equalium clausarum
figurarum est maior predictum suis angulorum. Est ergo circulus maior superficia-
lium figurarum et spera est maior corporalium figurarum. Sed celum est maius
omnium corporum. Ergo spherica figura est ei aptior omnium figurarum. Amplius inducunt
et ad hoc ut naturalium rerum celeste namque corpus est subtile et similium
partium magis quam cetera omnia corpora. Sed corporum similium partium superficies sunt
similium partium. Superficierum vero non invenimus similium partium figuram magis simi-
lium partium quam circulus. Nec corporalium invenimus preter figuram cuius partes sunt similes
magis quam similes partes sphericas superficiei. Et celeste corpus non est superficiale.
Ergo est spherice figure. Amplius natura rerum super terram existencium que recipi-
unt generacionem et corrupcionem que sunt facte figure diverse et dissi-
milium partium. Sed sunt hee figure celestium corporum quia que non sunt recipien-
tes corrupcionem similium partium figure que sphericales. Hac autem ratione omnes enim eas
speculantes ex omni terre parte in omni tempore videmus eas similes circulo.
Consequens est ergo ut corpus quod est circa eas dico autem celum sit sphericum. Stellam ei
natura est quasi earum natura et suus motus rotunditate et equalitate.

Iterum quod figura terre est spherica sciatur ex hiis que dicta
videmus enim quod sol et luna et omnes stelle nec oriuntur nec occidunt apud omnes
gentes in eodem tempore. Stellam earum ortus secundum apud eos qui sunt in oriente et earum
occasus apud eosdem est ante ortum suum et suum occasum apud eos qui sunt in occi-
dente. Hoc autem quod nobis ostendit est speculacionis prenuntiatio eclipsis.